

Catlio.

Amplissime Catli.

(50).

Mensi propendendum alter abit ex quo tuas accipi refertas quidem illas laudibus et praeconiis nimis quamvis immensis, quas ~~me~~^{re} admittere aliquatenus videar, dabis veniam si prorsus non attingo. Ego vero tunc temporis, ut minus me multo atque nunc occupatum agnovi, facile existimaui satisfacturum secundae illi, quam me dignatus es, petitioni, ut si quid hic nobis nimirum Poetici excideret prioribus illis magis assuendum traderemus. quae causa est cur silentio nostro, ut ne succenseas confidenter quidem, ut nunc est, rogo. Enimvero, nisi quod hic vanitatis subesse veris, non distraxerunt me haec Legationis negotia, sed obtulerunt, ut jam facile ~~quae~~ te conjicias, quid otii tam undique impedito suppetat ad id generis meditationem, quas omnino constat non constare nisi secessum scribentis et otii tribuis. Statur tamen oblectari et plane periculum facere eequid modo rerum Fluctibus in modis et tempestatibus urbis, verba Lyrae motura sonum connectere possem. neque diffitebor nonnihil Carminum se processisse ut, nisi serius forte advenero, una cum coeteris excudi non gravate tulerim. sed finem sane non attingi; at ne prodesse quidem, neque, ut mens non sum, polliceri in ullam diem valeo. Nisi novo metu hortatu currentem incitare opera praestium duxeris, quo nimirum certior fiam, quem omnino terminum per Typographos vestros praefigere poteris. Si quid interea nimirum silendo peccavimus, compensationi sint versiculi isti, quos ut per occasionem carum natos, quas navigando effudimus ad te offeram, te praecipue celandum non putavi. Quem hic mihi Antagoni datus objecit, R. Thotius est Med: Doct: peritissimus, natione Gallus et Casaubono olim ab interiori amicitia; Poetice nomine ~~Douglas~~^{atque charus}. Herudis atque alii pridem notus mihi denique in pretio non vulgari quo claris sumo percipias (nisi per haec parallela satis id liquet) quam plane iste congressus fuerit. ubi quantum in eis meotum est fastidire ceperis, rogo ut ad Parentem ~~vel~~^{vel} Fratrem ~~meum~~^{meum} portenda cures. Vale Vis Amplissime, et si quid alteri huius Poemati ultra inuigilandum censes, quam poteris brevi perscribe Londini ad. Febr. ab 22.

Tui amantissimis.

C. Hugenus.

(51).

J. Catlio.

Habes denique, mi Catli, speciem pertinacis industriae. ~~quae~~^{inter} enim intratibus, eademque non forenses, sed aulicas et quidem Anglicanas, ista nobis exciderunt, nisi ipsa abunde iudicare sint, fama certe molestae huius admodum negotiationis testatum faciat. Itaque quod nihil ~~te~~^{te} dignum reperiturus es, amplectere rogo, insipidum Poema, non mei nunc, sed maxime tui nominis gratia.